



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Legia Catholica

Roberti, Johannes

Leodii, 1633

78. Arnoldus de Horn.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64596)

LXXVIII. ARNOLDVS
DE HORN.

CAnonicus Leodiensis Eustachius Persandus ab Ecclesiæ Cathedralis. Canonicis, mortuo Ioanne de Arkel eligitur. Mittuntur aliquot primarij viri, qui à Pontifice confirmationem de more petant: qui prauo consilio vsi, cum in Italiam missi essent, Auenionem eunt, & inde Fundos proficiscuntur, & cum Clemente Antipapa agunt; qui Electum confirmat. At Urbanus verus Pontifex, re intellectâ, Arnolde Horneo Episcopatum Leodiensem cōfert: quem Leodienses vt legitimum Episcopum agnoscunt: qui & ab Imperatore, Aquigrani Regalia, quæ vocantur, accipit.